innatãs,ſed ſtagnis veluti pinguamen innatans, quæ vox non parum facit ad huius medicamenti inueſtigationem. nam noſtri etiam nautæ ſperma Ceti rei alicui comparaturi, dicunt liquidi ſepi, aut adipis, aceruatim in mare effuſi ſpeciem præ ſe ferre, quã notam ſucceſſu temporum è Dioſcoride librariorum incuria excidiſſe rationi conſentaneum eſt. *Probatur ad crocum inclinans colore.*] Eligebatur olim atq; optimum cenſebatur Halos anthos, quod ad croceum colorẽ vergeret: nunc verò ſperma ceti, quò cãdidius fuerit, eò præſtantius exiſtimatur, & longè pallido præfertur. Obijciat ergo aliquis: ſi Haloſantho croceus eſt color, ceti verò ſpermati candidus, atq; vtrunq; excellentius cenſetur, quod hos colores habuerit ſynceriores, quomodo Halos anthos idem cum ceti ſpermate eſſe poteſt? Cui breui reſponſo obiectum argumentum diluam. Olim Halos anthos

Pinguamẽ

Haloſantho qui color.